

ter figuras didacticas numerat etiam *Transitionem*, cum videlicet dicitur quid dictum sit, & quid dicendum restet: Sed hæc ad dispositionem pertinet, vt ante ostendimus.



RHETORICÆ ECCLĒ-

SIASTICÆ

LIBER SECVNDVS;

in quo pars altera

*De habenda concione sacra.*

CAPVT I.

De voce.

**R**VERVNT præcepta concipi-  
enda & formanda concionis; re-  
stant ea, quæ pertinent ad concio-  
nem aptè pro suggesto enunciandam &  
habendam.

II. Habetur concio actione.

III. Actio, est apta rerum & verbo-  
rum conceptorum pro suggesto, gestu & vo-  
ce facta expressio.

Concionari est agere; hinc concionatio,